Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



A a

prmsit cum ad amicos ire ⁊ curam
sui agere. Et inde cum sustulisse
mus sub navigavimus cyprum
propter quod essent venti contrari
et pelagus cylicie ⁊ pamphilie na
vigantes venimus lystram que est
licie. Et ibi invenientes centuro na
vem alexandrinam in yttaliam na
vigantem transposuit nos in eam
et cum multis diebus tarde navi
garemus ⁊ vix venissemus contra
gradum et prohibente nos vento
ad navigavimus crete iuxta sala
minam. et vix iuxta navigantes
venimus in locum quendam q̃ vo
catur bonos portus cui iuxta erat
ciuitas thessala. Multo autem tem
pore pacto et cum iam non esset tuta
navigatio eo quod autumpni iam
preteriisset consolabatur eos pau
lus dicens eis. Viri video q̃ nam
cum iniuria et multo damno
non solum oneris navis sed etiam
animarum nostrarum incipit esse na
vigatio. Centurio autem guberna
tori et naucle magis credebat q̃
his que a paulo dicebant. Et cum
aptus portus non esset ad hyemandum
plurimi statuerunt consilium
navigare inde si quomodo possent
devenientes phenicem hyemare
portum crete respicientes ad affri
cum et ad chorum. aspicantes autem
austro estimantes autem propositum se
tenere. et cum se sustulissent de as
son legebant cretam. Non post mul
tum autem misit se contra ipsam ve
tus typhonicus qui vocatur eurio a
quilo. Cumque arrepta fuisset navis
et non posset conari in ventum data
nave flatibus ferebamur. In insu
lam autem decurrentes quandam que
vocatur clauda. potuimus vix opti
nere stapham. Qua sublata adiuto
riis utebantur accingentes navem
timentes ne in syrtim incidant sub
misso vase sic ferebantur. Valde
autem nos tempestate iactatis sequenti
die iactum fecerunt. et tertia die suis
manibus armamenta navis proie
cerunt. Neque autem sole neque syderibus
apparentibus per plures dies temp
estate non exigua imminente iam ab
lata erat spes omnis salutis nostre
Et cum multa ieiunatio fuisset tunc
stans paulus in medio eorum dixit
Oportebat quidem o viri audito me
non tollere a creta. Lucrique facere iniu
riam hanc ⁊ iacturam. Et nunc sua
deo nobis bono animo esse. amissio
enim nullius animae erit ex vobis preter
quam navis. Astitit enim mihi hac nocte
angelus dei cuius sum ego ⁊ cui de
seruio dicens. Ne timeas paule cesa
ri oportet te assistere. et ecce donavit
tibi deus omnes qui navigant tecum
propter quod bono animo estote viri
Credo enim deo meo. quia sic erit quem
admodum dictum est mihi. In in
sulam autem quandam oportet nos de
venire. Sed postea quam quarta
nox decima supervenit navigantibus
nobis in adriam circa mediam noc
tem suspicabant navite apparere sibi